

JK 268/19

Z d
6810

JUSTA

Præmature & tristissimo funeri
Rosæ Ingenuæ optimæq; spæ endolis
saulescentulæ

GVILIELMI ANTONII RÖSERI,

VIRI

Maximè Reverendi, Amplissimi atq;
Excellentissimi

DN. M. JACOBI RÖ- SERI,

X 212506A

Pastoris Ecclesiæ Benedictinæ & reliquarum in Di-
ocœsi Quedlimburgensi Superintendentis Vigilantissi-
mi, Illustris Consistorii Adversaris & Scholæ
Inspectoris Gravissimi.

FILII DESIDERATISSIMI.

*Ex inculso hoc Mundi Spinebo in coeleste Rosetum
translatus,*

Ipso Exequiarum die, qui erat IV. Cal. Julii
seu Dominica II. Trinit.

A. O. R. clæ lœc LXXXV.

soluta

Lugentibus moerentibusq; AMICIS.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE (SAALE)

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

QVEDLIMBURGI,
Licitis Johannis Ockelii,

Kat. IV, 495

JK 268



Die Zeit bringt Rosen vor: Die
Zeit bricht Rosen abe:



Die Zeit ersticket das / was Sie zuvor gebar:
Die Zeit frist selbst ihr Kind / dem Sie das Le-
ben gabe:

Die Zeit verkehrt in Graus und Nichts was
etwas war.

Kaum war vor kurzer Zeit ein Rösgen aufgegangen /
Bey diesem Gottes Mann / so raubet es die Zeit;
Doch nein; dies Rösgen hat die schände Zeit gefangen /
Es selber bricht die Zeit / und lacht der Eitelkeit.

Zum Trost und Besengung wählen
Mitleidens schriebs

Christian Wildvogel / D.

Fürstl. Sächs. Stiffts Cantzler und
Präsident des Consistorii, auch
Fürstl. Weimär. gesambter Rath.

V T ROSA manè viget, sed vespere decidit atro,
Et quâ nata fuit, desinit ipsa die.

Aequè sic miseri teneris succumbimus annis

Et jam floescens prima juvenia cadit.

Comprobat exemplo ROESERUS & ille tenellus:

Hujus enim florem mors properata secat.

Occidit heu subito nimis, occidit (est plorandum)

Vester amor, vestrae spes operosa domus,

AR

0
Ast fuit in fatis, factum haud sine numine Divum,
In quorum nostra est vitaq; morsq; manu.
Quippe DEI curâ lucis prodimus in oras,
Ipsius & nutu mortis obimus iter:
Ultima quemq; manet propius vel longius hora,
Hunc citò, nunc alium serius ista vocat.
Concidit haud rarò cum parturit arbor amœna,
Frangitur, atq; cadit flosculus ante diem.
Filius en! ROSEUS pietatis & indolis altae,
Flebilibus mundi demitur ipse malis.
Temporis hinc rupti vix est usura dolenda;
Nam citius moritur quem bonus aether amat.
Reddetur Vobis, cum demta morte Creator
Eriget in vitam corpora nostra novam.
Hic labor atq; dolor, metus ac spes anxia cunctis,
Illic dulcis erit, nec fugitura quies.

Hisce pauculis erga piè defuncti plur: Rev;
aeq; ac Amplissimum Dn. Parentem,
Compatrem & Amicum suum singu-
larem testatum facere voluit, debuit

David Windreuter Conf. Sax.
Qvedlensis.

UT ROSA suave rubet, suavemq; respirat odo-
rem,
Ut ROSA flaccescit, sole cadente cadit.
Est homo sic ROSEUS, spirat, rubet atq; virescit,
Floret, defloret, ceu ROSA verna cadit.

Non

Non tamen ille cadit, modo sic ROSA sylvia spirans,
Vitæ in fasciculum colligit huncce DEUS

Condolentiæ atq; solatii ergo
in honorem atq; favorem
DN. Collegæ atq; Compatri,
mœstis, deproper,

M. Sethus Calvisius.

UT ROSA vernali perituro tempore floré
Sole oriente viret, Sole cadente cadit,
Sic hominum vita est fragilis, fallaxq; voluptas,
In flore abripitur sæpius ante diem,
Filiolus nostri ROSERI hoc comprobatur, ille
Principio floris morte necante perit,
Quid loquor! hand perit, veniens ad pulchra Roseta
Cœlestis vitæ, floret ut alba ROSA.

Ad Contestand. *συμπάθ.*
fac.

Albertus Meineke. Rev. Minist. Sen.
ad D. Nicol. Past. & Scholarch.

Rolem quis confert? Prolem quis protinus aufert?
Non mors, non morbus, sed Bonus ille DEUS,
Blanditur dando, castigat subq; trahendo,

Nunquam non Pater est, non nisi blandus amor,
VVILHELME ANTONI defuncte, ROSERIA Proles!

Nunc equidem clauso non dabis ore sonum!
Sed cum nos capiet cœlestis curia Tectum;

Diriget ac rursus Spiritus ossa tuus,
Crede PATER! dando TIBI Me, Me subq; trahendo,
Se Patrem, dices, præstitit, Euge! DEUS.

Plur. Rev. Dn. Superintend. ploranti

pl. f.
Henricus Carstenius, P. ad D. Blasij.

Ur

UT ROSA purpureo vernans modò floret in horto,
Mox subitis pluviis marcida facta cadit:
Sic homo, sic hominis brevis est & labilis ætas;
Jam fumus, & subitò non fumus, at fuimus.
Roferulus docet hoc ipsum, qui magna *Parentis*
Spes erat, hunc subitò mors inopina tulit.
Ah solare DEUS moestos, solare, *Parentes*,
Cum prole & charâ da superesse diu.

Verz supra dâs testificandæ ergò
scrib.

Fridericus V Vilhelmus Pletz,
Ad D. V Viperti Pastor,

STAT ROSA seu clarus splendorq; decusq; Roseti,
Stat puer en stirpis gloria grata sua,
Sed cadit illa, cadit puer heu! velociùs omni
Spe, quam mors uno præripit atra die,
Florebat nuper ROESERUS amabilis omni,
Ast nunc heu mortis falce peremptus obit,
Sed licet aruerit corpus, cœleste Rosetum
Exceptit mentem, quæ benè floret ibi,
Ergo fac finem fletûs, Affinis amande,
Hanc tibi restituet Numen in axe Rosam,

Ultimum Amoris officium Filio suo
Lustrico præstiturum f. i. s. t.
scrib. animo

M. Johann. Henningius, Soltqv.
March, ad D. Ægid. Pastor,

Hei

Hei mihi! Quid prodest ornasse exordia vitæ
Captis formosis; si mox prosternitur omnis
Spes concepta, ac mens mærore obducitur atro?
Cernin? ubi perripit humum, tenerumq; cacumen
Surculus expromsit humum, tenerumqve cacumen
Surculus expromsit sylvâ Dodonide natus,
Quum svaves rident frondes, quum plena vigoris
Surgit & enodi se tollit stipite virga,
Agricola ut sibi gratetur, sibi pectore lætas
Promittens messes, ac talia mente revolvens:
Arbor erit firmo solidissima robore; moxqve
Adjunctum vincet frondoso vertice rectum,
Despretura Notum, jaunosq; Aquilonibus imbres,
Semper ubi bisfena replet cornua Phæbe
Replebunt gremium nictantia ab arbore mala:
Illius at Radix vermis si dente nocivo
Roditur, atqve comæ recidunt, quas Sirius æstu
Tossit, mox artus dolor ingens occupat, atqve
Austerum cernit sic spe lætatus inani,
Vir venerande sacri caput ordinis, Eusebiæqve
Non vulgare decus, quanta & tu spe cecidisti,
Filiolum dum deploras, qui mente vigebat
Ante diem, præceps discendo hortatus habenas?
Subridens quoties hæc Tu tibi dicta dedisti?
Hic stes discet, callem & qui ad sidera ducit,
Et fugiet fugienda puer, facienda capeset,
Principibus placuisse viris placuisse Johovæ
Nitetur, Patrisqve & Avi vestigia menti
Firmiter infiget, me sic usus Hodego,
Sed quantum vanum, quantum est in spebus inane!
Febri corripitur Natus Podalirius obstat,
Victore ast morbo Natus decessit, & auras
Æthereas adiit gaudens pernicibus alis,

O in

O in fausta dies! clamas, signanda lapillo
Atro, quæ rapuit, quæ funere merfit acerbo
Filiolum, it clamor Cælo, tum cuncta dolorem
Testantur, gemitu & singultu testæ sonora
Personuerunt, spem primo dum lumine stratam
Sentis. At placeat Verbo oppressisse dolorem
Numinis ætherei. Nosti quam sancta VOLUNTAS
Sic DOMINI, seu det nobis, seu dona reposcat.
Filioli summum miratur culmen olympi
Mundanorum anima excellens pertæsa laborum.
Ivit quo Gnatus, tandem nos ibimus omnes.

Quum spem in spei optimæ Filioli, uti ma-
turo, ita beato obitu frustrantem Vene-
randus Dn: Superint: Roserus deplora-
ret, debitam observantiam exhibiturus
& sympathiam testaturus F.

Johannes Stüben / Pastor. Ditsfurt.

Spes concepta cadit, nec non perijsse videtur
Filius; ast floret teu Rosa pulchra Poli.

συνπαθείας ε.

Inter ipsas meditationes deproperabat

Johannes Störting / ad D. Bened. Diac:

Ah quantas lacrymas fundunt tua lumina, *Fautor*,
Filiolæ ob mortem, qui Tibi charus erat!
Quid juvat ast animum in gemitus diffundere tri-
stes?

Non fas *Filioli* fata beata queri.

Siste ergo lacrymas *Fautor* cum *Conjuge*, vester

Filiolæ felix vivit in arce Poli.

Casparus Hoffman / ad D. Nicol. Diac:
Quid

Quid longūmi vixisse juvat? modo crimina plura
Hospitibus mundus suggerit ipse suis.
Infelix ergo non es, qui deseris orbem:
Nam Te non posthac polluet hospitium,
E tantō raptus miserarum turbine rerum,
Perdulce est igitur, cum venit hora, mori.
Sit modus ast lacrymis, manet immutabile fatum,
Nec quemquam ē tumulo fletus ad astra vocat.
Nolito, VIR CLARE Tuam his onerare beatum,
Qui requie fruitur, cernit et ora DEI.
Salve, dulce decus! proh! quæ Tibi gloria venit!
Ipse Tuâ CHRISTUS tempora fronde regit.

Valentinus Bernhardus Mylius Diac. Aul. Sen.

Non Puer est, pueri quamvis moriatur in annis,
Qui citō perfectus transit ad astra Poli,
Sed Puerō compar, puerum sectatus iniquum,
Innumeros quamvis viderit ipse dies,
O Puer infelix! puerō sed digna capessit
Præmia is innocuo, quisquis ut Hic moritur.

Joh. Heint. Sprögel, Diac. Aul.

Quae rosa nuper erat RÖSEKlsvavis in horto
Invidiâ mortis marcida planta jacet.
Nam quia purpureo est Christi conspersa cruore,
Hinc odor & virtus magna coloris erat.
Hic iussit rosulam mortis decerpere tactu,
Jus horti hunc Dōminum majus habere puto,
Nunc speciosa rubet spinetis libera mundi
In Cœliq; hortis gaudia mille capit.

Georgius Schwalbe /
Aul: Diac;



WMA



Zd 6810 ~~Q4~~

Q4

M.F.



JK 268
JU
Præmaturus &
Rosci Ingenui
GVILIELM
ROS
Maximè Reverent
Exce
DN. M. JA
SE
Pastoris Ecclesiæ Bened
Coecesi Quedlimburgens
mi, Illustris Consil
Inspector
FILII DES
Ex inculto hoc Mund
Ipso Exequiarum d
feu Dom
A. O. R. d
Lugentibus m
QVED
Licetis J



77
26

6A

IV, 495

